

Nè hæc vacaret pagella, placuit adjicere doctorum aliquot testimonia de Anglo-Saxonico nostro Ð & þ. de Islandico etiam ꝥ / ac Runico ꝥ & Ꝧ / Anglo-Saxonico illi Ð vel þ apprimè cognatis.

**J**OANNES LELANDUS, Angliæ Antiquarius, in Commentariis suis in Cygneam cantionem (edit. Londini, CIO IO XLIII.) ad vocem *Deiri*, sic scribit: *Θης Græcum est, Fera Latinum; unde Saxones damas & cervos Deire patrio appellabant vocabulo: hac autem scribendi lege, ut Θ Græcum in Ð verterent, transfixâ primâ literæ parte virgulâ, quam & Thon suâ nominabant linguâ, quod virgula spinulæ exhiberet speciem.* Hæc Lelandus noster.

**R**UNOLPHUS JONAS, Islandus, in Grammaticâ suâ Islandicâ (edit. Hafniæ, CIO IO CLI.) pag. 2. habet sequentia. *ꝥ è Runico Alphabeto in hodiernum [suum] transfulerunt [Islandi.] Hæc enim duplicem habet sonum. Nam in fine dictionis posita, vel post vocalem in eadem syllabâ, valet d: e. g. Vraaf Vraad / Gratia; Mafur Madur / Homo. In initio autem dictionum collocata, valere videtur Hebræorum Thau. Sonat enim non prorsus Th, sed quiddam crassius cum sibilo quodam, quasi Th. Quæ pronunciandi ratio Britannis & Gallis hodièq; non infrequens est. Nomen olim habuit Fuþ / nunc Þorn appellatur.* Sic ille.

**O**LAUS WORMIUS, Antiquitatum Danicarum vindex, in Literaturâ Runicâ (edit. Hafniæ, CIO IO CLI.) cap. XIII. pag. 77. editionis 2<sup>dæ</sup>. hoc tradit de Runico suo ꝥ / quod *Duþ* appellatur: *ꝥ præterquam quod Ð notat Latinorum, peculiare etiam quippiam obtinuit, quod commodè aliis exprimi non potest; non solum quod aspirationem simul includat, etiam non punctatum (i. e. licet non sit ꝥ seu Stungen Duþ:) verum quod eximium quid habeat in pronunciatione, quod non à quovis ritè efferi potest. Hinc factum, quod in Islandiâ ad huc inter vulgatas retineatur. Intermedium enim sonum habet inter Ð & T cum aspiratione. Quin & Leges priscae Anglorum à Danis rogatæ, etiamnum hanc literam, tanquam nullâ aliâ commodè exprimendam, retinent. &c.*

Paginam complebit Nob. HENRICUS SPELMANNUS, Anglus, qui in Alphabeto Anglo-Saxonico, quod primo Conciliorum Tomo (edit. Londini, CIO IO C XXXIX.) præmisit, hæc notavit:

Ð } *Th* propriè reor pronuncianda ut Θ in Θης, & th in thing Anglico.

þ } *Th* tanquam th in that vel this: sed confunduntur hi characteres à scriptoribus.

Sic vir amplissimus; qui & ipse hujus majorum nostrorum linguæ Professore publicum munificè ornavit stipendio.

T. M.

I N I

INITIUM SANCTI  
EVANGELII  
secundum  
MATTHÆUM.

C A P. I.



Fter Matheus zerecebnyre. heþ is on cneopyre-boc hælendes Ljustrer Dauðes suna. Abrahames suna:

2. Soðlice Abraham zertnynde Isaac. Isaac zertnynde Jacob. Jacob zertnynde Iudaþ 7 his zebroðra:

3. Iudaþ zertnynde Phares 7 Zaram. of þam pyre þe þær zenemnes Thamar: Phares zertnynde Eþnom. Eþnom zertnynde Aram.

4. Aram zertnynde Aminabab. Aminabab zertnynde Naaron. Naaron zertnynde Salmon.

5. Salmon zertnynde Booz of þam pyre Raab. Booz zertnynde Obeth of þam pyre Ruth. Obeth zertnynde Ierre.

6. Ierre zertnynde þone cnyng Dauð. Dauð cnyng zertnynde Salomon. of þam pyre þe þær Urias pyr:

7. Salomon zertnynde Roboam. Roboas zertnynde Abiam. Abia zertnynde Ara.

8. Ara zertnynde Ioraphath. Ioraphath zertnynde Ioram. Ioras zertnynde Oziam.

9. Ozias zertnynde Ioatham. Ioatham zertnynde Achaz. Achaz zertnynde Ezechiam.

10. Ezechias zertnynde Mannares. Mannares zertnynde Amon. Amon zertnynde Ioram.

A

11. Io-